

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Presumptio n  
cum fontibus primis

Plerisque  
euenit ut dum fratribus preesse  
festinant nunquam se moribus ipsi  
subiciantur et a superbia inchoantes,  
dum alios instruere cupiunt, nec discere  
ipsi nec agere ea que sunt docenda  
mereantur.

e contrario autem  
euenit, ut dum fratribus praeesse  
festinant nunquam senioribus ipsi  
subiciantur et a superbia inchoantes,  
dum alios instituere cupiunt, nec discere  
ipsi nec agere ea quae sunt docenda  
mereantur: qui necesse est ut secundum  
saluatoris sententiam caeci duces  
caecorum effecti pariter in foueam  
cadant.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*,  
4, 20, 2 (CSEL 13, M. Petschenig ed.,  
pp.115-16, ll.24-27, 1-3).

Ostentacionis nota non caret qui sua  
ingerit, sed qui inuitatur ut proferat.

tunc enim videntur consequi fructum  
laboris, cum adipiscuntur occasionem  
publicandi quae didicerant sine  
ostentacionis nota, qua caret qui non  
ingerit sed invitatur ut proferat.

Macrobius Ambrosius Theodosius,  
*Saturnalia*, 7, 2, 4 (J. Willis ed., p.401,  
ll.24-27).

Sicut habenda sunt que exiguntur in  
precio, ita ingesta uilescunt.

Natura rerum est, ut etiam idoneus ore  
uel pectore possit de praesumptione  
culpari, quia omnis uerborum  
commoditas humilitatis terminos egressa  
calcatur, et  
sicut habenda sunt quae exiguntur in  
pretio, ita ingesta uilescunt.

Iohannes Cassianus collacione Danielis.

Ennodius Ticinensis, *Epistulae*, 9, 30  
(CSEL 6, W. Hartel ed., pp.251-2, ll.21-  
23, 1).